

CONCILIVM PROVIN. COLONIEN.

QVibusdam in locis, ambitionis magis, q̄ pietatis causa, dum vtrunque, tam baptismi q̄ confirmationis sacramentum peragitur, hi qui patri- ni dicuntur, certant, vt alter alterum donariorum pretio (quo suscepit ac pre- sentati pueri donantur) vincat. Præterea itur statim maxime post baptismū ad comessationes, cum tum maxime comessationibus esset abstinentia. Qua de re admonendus est populus, vt quæ digna sunt his sacramētis tan- tum current. Cætera aut moderetur aut penitus tollant. Nam nō offendere- mus deum grauius, q̄ cum illius sanctissima mysteria indigne tractāmus.

Docendus populus de signis externis. Cap. XII.

DOcebit præterea parochus populu, quid signet christma. Et cur ex oleo
Oliuæ ac balsamo conficiatur, quemadmodū docebit Enchiridion.

De sacrosancta Eucharistia. Cap. XIII.

EVcharistia, vnicum illud piarum mentium solatium ac delitium hac de-
ploratissima tempestate execranda insania ac abominabili prophanatio-
ne hæreticorum de re tanta quodlibet comminiscientium, plerisq; quodam-
modo in nauream vertitur, adeo vt (quod dolentes referimus) multi nunc
Iohan.6 sint, qui non tantum hunc panem vitæ, qui de cælo descendit, accipere non
desiderent, sed & auersentur, homines solo nomine Christiani, re ipsa vero
Capernaitis ipsis deteriores, etiam quos post acceptam notitiam veritatis,
Hebi.10 voluntarie in filium dei peccantes ac corpori dominico & sanguini contu-
meliam inferentes, terribilis quædam expectatio iudicij, & ignis simulatio
(quæ consumptura est aduersarios) manet.

Quid docendus populus in huius sacramenti mi-
nistrazione. Cap. XIII.

DOcendus est itaque populus Christianus certissima fide credere, q̄ in
hoc sacramento sit verum corpus & verus sanguis Christi Iesu. Neque
Math.26 enim veritas mentitur, quæ apud Matthæum, Marcum, & Lucam hoc sa-
Marci.14 cramentum instituens ac porrigenus, simplicissime dixit. Accipite & comedite,
Luc.22 hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hic est sanguis meus no-
ui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem pecca-
torum. Hoc facite in meam commemorationem. Sic docet Paulus Aposto-
lus: Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis
Christi est? Et, Panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini
est? Vnde consequitur in Eucharistia totum esse Christum, quamquam ibi
sit sub ratione cibi & potus. Qui enim tradidit verū corpus & sanguinē,
haud dubie tradidit vituum. Quare si credimus in sepulchro diuinam natu-
ram non fuisse separatam ab exanimi corpore, quāto magis credemus eam
a viuo corpore non esse separatam in sacramento.

Quibus